

quisita *etc.* consensu quoque viri mei. Vobis dopno Nicolao de pace et diacono Nicolao Archidiacono. procuratoribus Maioris Ecclesie Episcopii Sante Marie de Barolo. recipientibus nomine et pro parte dicte Ecclesie voluntarie permutavimus et per fustem tradidimus unam domum nostram existentem in Pictagio Sante Marie Civitatis eiusdem a medio Castro iuxta domum dicte Ecclesie a duabus partibus. A media transenda iuxta domum dopni Andree de Manso et iuxta vias cum Gayfo sibi adherenti ex parte septemtrionis. Ex qua permutatione et traditione nostra recepimus et habuimus et vobis unam domum dicte Ecclesie existentem in Marcikano (*sic*) a medio pariete iuxta domum Ecclesie santi Laurentii a media transenda iuxta domum notarii Henrici de Nicastro et domum Ecclesie Santi Petri et a medio pariete iuxta domum Ecclesie Santi Laurentii et loco meliorationis permutationis ipsius dedimus et solvimus auri unciam unam et mediam bonorum tarenorum Sicilie ponderis generalis recipientem pro parte Ecclesie Sante Marie predictae *ect.* Guadium primum quoque vobis dedimus *etc.* Quod scripsi Ego predictus Iohannes puplicus Baroli notarius qui predictis Interfui et meo solito signo signavi. (*Segue il segno*).

† Riso de Niversa q. s. Baroli Iudex. (*Segno*).

† Petrus de Bisancio testatur.

† Nicolaus de protomagistro testatur.

*N. B. — La pergamena è ripetuta dallo stesso notaio, però al posto degli ultimi due testi sono segnati i seguenti:*

† Nicolaus puplicus Baroli notarius testatur.

† Matheus puplicus Baroli notarius testatur.